Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



71

lxvi

michi. Opa que ego facio in nomine pris mei hec phibent testimoniū de me: sed vos non creditis michi quia non estis ex ouibus meis. Oues mee vocem meā audiunt: et ego cognosco eas et sequuntur me. et ego vitam eternā do eis: et non peribunt in eternū et non rapiet eas quisq; de manu mea. Pater meus quod dedit michi maius est omnibus: et nemo potest rapere de manu patris mei. Ego et pater unū sumus. Sustulerūt ergo lapides iudei ut lapidarent eum. Respondit eis ihūs. Multa bona opa ostendi vobis ex patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis? Respondērunt ei iudei. De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia. et quia tu homo cum sis facis teipsum deum. Respondit eis ihūs. Nonne scriptum est in lege vra quia ego dixi dij estis? Si illos dixit deos: ad quos sermo dei factus est: et non potest solui scriptura: quē pater sanctificauit et misit in mundū: vos dicitis q̄ blasphemas, quia dixi filius dei sum? Si non facio opa patris mei nolite credere michi. Si aut facio et si non vultis michi credere: operibus meis credite. ut cognoscatis et credatis quia in me est pater et ego in patre. Off. Respice me et miserere mei deus. redime me et vivifica me de inimicis meis. et ab insurgentibus in me libera me dne. Secr. Annue nobis misericors deus. ut hostias placationis et laudis sicut tibi debitum est offerre cōcedas. Lauabo inter innocentes manus meas et circumdabo altare tuū dne. ut audiam vocem laudis tue. et enarrem omnia mirabilia tua. Celestis doni benedictione Cōpleti. Oblatis munerib; sacris dne supplices te deprecamur. ut hec nos et a cunctis reos absolutos tue pietatis indulgentia semper et ubique defendat. Ad hec sacrificia nos dne quesumus aspirando purifica. et quos tuis reficis sacramentis tuis dignanter operare fieri. Post. Omnia que fecisti nobis dne in vera iudicia fecisti quia peccauimus tibi et mandatis tuis non obedimus? sed da gloriam nomini tuo et fac nobiscum secundum multitudinem misericordie tue. Ps. Magnus dns et laudabilis nimis in ciuitate dei nri in monte sancto eius. Orā. Presta quesumus omnipotens deus. ut dignitas condicionis